



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Aphorismi Confessariorvm Ex Doctorvm sententijs collecti

Sá, Manuel de

Coloniae, 1610

Donatio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41645

l. 5. q. 10. art. 2. Nau. c. 18. nu. 27. It. 3. d. 5. q. 17. p. col. 2. putat, p. m. ex genere, se ipsum infamare sine rationabili causa. Vide. c. Non sunt audien- di 11. q. 3. Syl. vers. Fama.

Vitæ, & membrorum homo Dominus non est, sed vsus, Salon. q. 3. de dominio art. 2. c. Neces- sarium 23. q. 5. ex D. Hier. in 1. Io. Vide Viff. de ho- micid. nu. 23. Sot. l. 4. q. 2. art. 3. D. Tho. 2. 2. q. 59. art. 3. ad 2. Val. l. c. q. 10. p. 1. col. pen.

6 Dominium rei, quæ nullius fuit, non ac- quiritur sine apprehensione: sufficit autem in rebus spiritualibus habere titulum.

* Syl. l. c. nu. 4.

Domus, vide Conductio.

1. **C**oncessa alicui domus habitatione, in- telligitur etiam concessum, vt possit locare, nisi solus vsus concedatur. Vide Instit. de vsu & habit.

Donatio, vide Alienatio, Contractus, Dos, Iuramentum.

1. **D**onatio sine insinuatione facta exce- dens summam lege præscriptam, non tenet quoad excessum, neque etiam in Fo- ro conscientiæ: ratio enim legis annullan- tis non tam fuit, quia adeò magna donatio præsumatur vi, metu, aut dolo facta, quam ne facilitate quadam & impetu donantes de- pauperarentur, ideoque eis donandi facul- tas

tas præclusa est, nisi hac forma seruata. Valet tamen in quantacumque summa si sit iurata, ad pias causas, & in alijs casibus. Vide *Syl. vers. donatio. q. 3. & seq. Mol. de contract. disp. 278. & 279.*

* De donatione *Mol. a. d. 274. vsque ad 292. Garzias c. 4. de cont. Lopez p. 2. c. 27. 28. 29. & de cont. l. 2. a. c. 39.* De donationibus inter virum, & uxorem fulissimè *Sanchez. t. 1. lib. 6. de matr. & doctissimè.*

2 Donatio facta cum vero animo donandi, etiamsi fiat in fraudè Fisci post commissum delictum tenet, modo non sit tale, per quod ipso iure perduntur bona, aut eorum administratio interdicitur: poterat tamen per Iudicem reuocari, & tunc donata erunt Fisco reddenda. *Nauar. consil. 1. de donat. int. vir. & vxor.*

3 Collatio beneficij non dicitur donatio, nec ob ingratitudinem reuocatur.

4 Donatio facta per metum ad id incussum, non valet, nisi iuramento firmetur. Tenetur quidem talis dare, quia iurauit: sed alter tenetur ei restituere, quia dare per metum coëgit.

* Vide *Lopez de cont. l. 2. c. 22. pag. 141.*

5 Donatum Monasterio reuocatur vsque ad legitimam, si postea filij nascantur, etiamsi sit iuratum non reuocandum: non enim de filijs cogitauit: nec confirmatur si postea morian-

morientur: extincta enim est actio. Idemque dicendum est de donatione facta alijs, si non sit remuneratoria.

* *Conar. l. 1. var. resol. c. 19. nu. 5.* Quidam tamen dicunt donationem prorsus reuocari.

6 Donatio facta coniugi valet, si fiat ob causam piam, vel honestam, aut si donans non sit sic pauperior (non fit autem qui non acquirit cum possit) aut accipiēs non sit ditior, aut sit remuneratoria, aut fiat in tēpus soluti matrimonij, aut causa mortis, aut condonādo promissam dotem, aut sit confirmata iuramento de non reuocando, aut post rem datam donans moriatur, aut profiteatur in Religione nihil possidente.

* *Vide Mol. dist. 289.*

7 Non dicitur donare, qui alicuius necessitati subuenit: itaque potest vir pro vxore soluere vectigal: & vestes quotidianæ, vel lugubres datæ à viro, statim fiunt vxoris.

8 Donatio inter sponfos de futuro valet, nisi fiat in tempus futuri matrimonij: tunc enim potest reuocari.

* *Vide Mol. dist. 290.*

9 Donata vxori à consanguineis viri, viri esse quidam dicunt: ego puto vxoris esse in foro conscientia, si absolute ipsi data sunt vt ipsius essent.

10 Donatio propter nuptias, scilicet facta à sponso dum contrahitur, aut quasi contrahitur

tur n
virun
rante

*D

15 D

coniu

12 D

valer.

13 Pa

tias,

remun

rem a

fructu

quibu

14 D

ne, ite

pti à te

*M

15 Do

ti acqu

16 Do

potest

verò N

natum

vt don

alius i

presen

17 N

norum

iungen

tur

tur matrimonium, soluto matrimonio ad virum redit, cuius etiam fructus sunt illo durante.

**De hac re Mol. l. c.*

11 Donatio patris valet in casibus, in quibus coniugis donatio valida est.

12 Donatio matris, aut avia, aut aui materni valet.

13 Pater potest donare filio, propter nuptias, & eunti ad bellum, & emancipato & remunerando, & ad alimenta, & ad honorem acquirendum, & studij causa, & usufructum bonorum filij ipsius, & in casibus de quibus supra. **Mol. l. c.*

14 Donatio patris conualescit emancipatione, itemque patris morte: itaque fructus percepti à tempore donationis sunt filij.

**Mol. d. 291. de donatione patris ad filium.*

15 Donatio aui censetur aduentitia, & nepoti acquiritur.

16 Donatio etiam cum scriptura, & testibus, potest ante acceptationem reuocari (potest verò Notarius pro absente acceptare, & donatum pro causa pia quisque:) oportet verò ut donans indicet absenti, & non sufficit, si alius id faciat sine eius mandato. Quod si ille praesens tacet, censetur acceptare.

17 Non est inualida donatio omnium bonorum, si intelligitur praesentium, nec adiungendo etiam futurorum, si fiat causa praesentis,

tatis, aut sibi aliquid referuando, aut causa dotis, aut causa mortis, aut iuramento, vel morte firmetur.

* De omnium bonorum donat. *Mol. d. 280.*

Aut iuramento } *Vide Mol. l. c.*

18 Donatio causa mortis potest reuocari penitentia, aut præmortuo donatario, nisi esset iuratum, aut promissum non reuocandum.

* *Mol. d. 287. nu. 10. 11. tota est ea de hac re disputatio {Nisi} ibid. nu. 16. 17.*

19 Donatio, nisi fiat causa mortis, censetur facta inter viuos, nec reuocatur nisi ob ingratitudinem donatarij.

* De donatione causa mortis *Couar. etiam 2. c. 3. p. rubr. de testam.*

20 Donans cum pacto, vt post mortem de Ecclesiæ, potest tollere postea illud pactum.

21 Mandatum donandi expirare morte mandantis, ait *Couar. ego non nihil dubito, est enim res fauorabilis, & gratia quædam. Vide Mandatum.*

* *Couar. l. 1. var. resol. c. 14. num. 16.*

Datum alicui, vt in pias causas eroget, nõ expirat mandantis morte. *Mol. d. 163.*

22 Prohibitus donare vltra certam summã, poterit donare causa remunerationis aut gratitudinis, aut eleemosynæ, etiam si per id minuatur legitimã filiorum, *secundum Naua.*

23 Donatum simulanti ad id sanctitatem, aut paupertatem, restituendum esse, alij aiunt, alij

alij ne

ma pe

quia e

pta: q

* V

Mol. d.

24 I

quid,

iam si

* L

ad Re

e. 19. n

25 Po

suam,

dat, re

26 Si

est vig

27 D

lienar

lienar

care r

tio fac

contra

accept

28 Fi

pater r

tre con

* Vi

ijs, qui

Addit.

alij negant. Quidam dicunt, si magna summa per fictionem accepta est restituendam, quia contra donantis intentionem est accepta: quod ego verum puto.

* Vide *Sot. l. 9. q. 7. art. col. 10. Lopez p. 2. c. 7. Mol. d. 210.*

24 Datum per modum disponendi ad aliquid, ut ad Religionem, vel alium statum, etiam si id non fiat, potest retineri.

* Licet præmijs homines ad virtutem, & ad Religionem excitare. *Conar. l. 1. var. resolut. 6. 19. num. 10.*

25 Potest Rex donationem præcessoris, aut suam, si regnum insigniter seu enormiter lædat, reuocare.

26 Si quis tibi dicat, Do tibi talē agrum, qui est viginti iugerū; tuū erit, etiam si sit pluriū.

27 Donatum cum pacto quod non possit alienari, potest secundum quosdam validè alienari, si donans nullum sibi aut alteri ius in ea re reseruauit: Sed quidquid sit, an alienatio facta teneat, certè alienans peccabit faciēs contra pactum, cui tacitè saltem consensit acceptando donationem. *Sylu. V. pactum q. 4.*

28 Filius familias potest donare ea, in quibus pater non habet vsumfructum, itemque patre consentiente causa mortis donare.

* Vide *Mol. d. 277. Nau. c. 17. num. 105.* ubi de ijs, qui donare nequeunt.

Addit. § De donationis reuocatione ob donatarij

nararij ingratitudinem *Mol. d. 281.*

Modus impossibilis, aut turpis donationi, aut alij contractus appositus habetur pro non adiecto. *Mol. d. 208. col. 5.*

Natis filijs, donatio extraneo facta reuocatur in totum. *Mol. d. 282. 294. nu. 10.*

Donatarius, natis donati filijs, tenetur dona restituere. *Couar. epit. 2. p. c. 6. §. 8. nu. 17. ex l. si unquam C. de reuo dou.*

Dos, Paraphernalia vide diuortium, Hereditas, Matrimonium, Parentes.

Matrem filij non tenentur dotare, filia tenetur pater: & indigentem etiam paternus, & frater ex eodem patre. Qui autem dedit filijs legitimam, non tenetur eis, vel eorum filijs dotem dare: & si auus dedit dotem, computabitur nepotibus in legitimam.

* Pater & *Couar. epit. p. 2. c. 8. §. 6. num. 11. Syl. Dos 4. Frater. §. Syl. l. c. 6. Mol. d. 124. col. 7.* non autem si sit ex matre soror: at plures putant, patrem, & fratrem teneri ad alimenta filia, & sorori, non autē ad dotem. *Mol. l. c. ex Greg. Lopez.*

2 Pater filiam tenetur iterum dotare, si illa, etiam ex culpa, dotem perdiderit: succedit enim dos loco alimentorum.

* Id verum putat *Barth. ad l. si cum dotem, §. si post. ff. solu. matrim.* si filia dotem amisit sine dolo,

dolo,
Su
3 Acc
si dos
domu
men
culpa
negar
* Syl.
ei § Syl
pram
tem b
4 Fr
fuit vi
dum, n
fructus
sibi vx
ei sint,
bona v
confun
* Fu
7. §. 1.
nu. 155.
5 Mo
trimon
tem do
relinqu
Sufficit
micilij
bi cont